UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Caprasio primo et Feliciano martyrib[us]. Cap[itulum]. lxxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Aſclepiades epiſcopus antiochenus ⁊ martyr apd̄ eādem ciuitatem paſſus eſt. Qui vn⁹ fuit ex preclaro confeſſoꝝ numero: qui ſub decio ceſare paſſi ſūt. Hic enī pro cōfeſſione noīs xp̄iani capite trūcatus martyrio coronatus eſt. xv. kalen. nouēbris: vt dicit ado.

¶ De ſanctis Ptolemeo et Lucio martyribus. Cap. lxxxiij.

Ptolemeus ⁊ luci⁹ cum quodam tertio martyres tempore antonini pij auguſti paſſi ſunt apud alexandriā ciuitatē. Qui ptolemeus a quodam centurione detentus: eo ꝙ ſe xp̄ianum diceret: dudūqꝫ carcerali cuſtodia maceratus ab eodē iudici vrbicio traditus eſt: a quo interrogatus dum ſe xp̄m colere viua voce profiteretur: capitali ſentētia damnatur. Dumqꝫ lucius: qui xp̄ianus occultus: iudicē de tanta impietate argueret: eo ꝙ nullius reū criminis innocenter dānaſſet: interrogatus quoqꝫ ab eodē ſe xp̄ianū fore ſimiliter aſſereret: ſimili vltione puniendus adiudicat. Sed et quidam tertius pari vſus libertate: pari quoqꝫ dānatione condemnatur. Qui oēs ſimul decollati martyrio coronati ſunt. xiiij. kalen. nouēbris.

¶ De ſancto Ethbino confeſſore. Cap. lxxxiiij.

Ethbinus in hibernia claruit tēpore mauritij imperatoris. Hic in britānia nat⁹ in domo paterna vſqꝫ ad annū. xv. liberalibus diſciplinis inſtruct⁹ eſt. Mortuo vero eius patre ab ipſius genitrice ſancto ſampſoni dolenſi epiſcopo oblatus ab eodē clericus factus eſt. Materqꝫ ipſius ſacro velamine conſecrata: qui poſtq̄ predicto epiſcopo annis aliquod adheſit: vt arctiori ſe vite traderet: ad ſctm̄ ſimilianū abbatē acceſſit: a quo in monaſterio quod tauracum dicitur: monaſticum habitum ſuſcepit: qui etiam ad diaconatum promotus ſancto vignaloco ſacerdoti: et eiuſdem loci monacho ſociatur. ¶ Cum autem cum predicto ſancto quadā vice itineraret: ⁊ leproſum aſpectu horribilem inueniſſent: ethbinus iacentem cepit brachijs ſuſtentare: dumqꝫ ille dolore narium torqueri ſe diceret: et nullum ſibi adeſſe remedium: niſi oris anhelitum exprimeret: vignalocus compatiens naſum horridum et vlceroſum in ore ſuſcepit: quem ethbinus per latera ſuſtinuit: reſpiciensqꝫ ſurſum: vidit crucē auream angeloſqꝫ pauperi obuiantes. Tunc leproſus viros domini confortans: ſe chriſtum eſſe proteſtans in nube raptus nunq̄ comparuit. Illi vero domini gratias agentes alter alterius meritis viciſſim viſionē aſcribebāt. ¶ Dū igitur franci britanniam deuaſtaſſent: ethbinus hiberniam petens in ſilua nectēſi tugurium ⁊ eccleſiam paruam fabricauit: in qua deo aſſidue ſeruire cepit miraculis etiam clarēs claudum vnum erexit. Mulier quedam ad eū veniēs pro ſalute filij ſui paralytici: lōgeqꝫ poſiti ſupplicauit: dicens ꝙ beata virgo brigida illam ad ethbinum miſiſſet: vt eius filium liberaret. Qui ſuis orationibus filio mulieris illius ſalutē impetrauit. In ipſo autē loco pane ſolū ⁊ aqua bis in hebdomada ſe refecit: ⁊ annorū lxxxiij. in pace quieuit. xiiij. kalen. nouembris.

¶ De ſancto Maximo martyre et Leuita. Cap. lxxxv.

Maximus martyr ⁊ leuita ⁊ vir ſctūs tēpore decij ceſaris apud ambianenſem prouinciā paſſus eſt. Qui cū eſſet plebeius patiendi deſiderio inquirentibus ſe perſecutoribus palā oſtendit. Et a preſide comprehenſus poſt reſponſionū eius conſtantiam dum xp̄m cōfiteretur: in equuleo ſuſpenſus ac diutius tortus eſt. Cui dum preſes ceſariā eius filiā nimis ſpecioſam in vxorem promitteret: ſi dijs ſacrificare cōſentiret: ⁊ ille ſe mariam virginem dei genitricem habere ſponſam aſſereret: ac omnino ſacrificare renueret: fuſtibus diutiſſime ceditur: deinde ad carcerem duci iubetur. Qui dum duceretur emiſit ſpiritum. xiij. kalen. nouembris.

¶ De ſanctis Capraſio primo et Feliciano martyrib⁹. Cap. lxxxvi.

Capraſi⁹ martyr cum primo ⁊ feliciano fratribus paſſus ē in gallis ciuitate agenenſi ſub daciano p̄ſide. Cū enī capraſius xp̄ianus occultus timore preſidis propter rabiē pſecutionis declināns iuxta vrbē in rupis ſpelūca lateret: audiēs qualiter beata virgo fides pro xp̄o agonizaſſet:

de qua ſupra in eius paſſione dictum eſt pridie non. octobris: aiatus ad tolerantiā paſſionis orauit ad dñm: vt ſi eū dignū gloria martyrij iudicaret: ex lapide ſpelunce aqua limpidiſſima emanaret. Quod preſtāte dño ſtatim obtinuit. Super hec vidit per ſpiritū columbā niueā de celo deſcendentē: ⁊ coronā auro gemmiſq; fulgentem ſuper caput fidei virginis imponentē: que veſtibus fulgidis erat ornata: ⁊ angelis comitata. Ipſa xͦo columba alarū volitatu et roze celeſti: ignem in quo virgo iniecta erat: extinxit: ⁊ ad celos ſubito aduolauit. Cū aūt hec omnia capraſius cōſpexiſſet: certe ad certamen cucurrit: ⁊ chriſtianū ſe coram datiano cōfeſſus fuit. Quez ille detentū vngulis laniari fecit. Ita vt primus ⁊ felicianus fratres eius exemplo paſientie conuerterentur: ⁊ ſe chriſtum colere faterentur. Quos omnes inſimul vinctos: preſes capite cedi mādauit. Quorum corpora in eodē tumulo in agenēſi ciuitate a chriſtianis ſepulta ſunt. xiij. kalen. nouembris.

¶ De ſanctis vndecim milibus virginibus. Cap. lxxxvij.

Vndecim milia virgīes cū ſocijs eax apud coloniā paſſe ſūt ſub hunorū principe iuliano Quarum omniū principalior auctrix ⁊ ſignifera fuit beata vrſula. Hec filia vnica regis ſcotie chriſtianiſſimi nomine mauri ſapiētia mirabili ⁊ pulchritudine inſigni pollebat. Quam rex anglie nimis prepotēs miſſis ſolēnibus nūcijs: filio ſuo in cōiugium: multis pmiſſionibꝰ ⁊ blādicijs poſtulauit: adijciēs minas: ſi ad eū legati vacui reuerterentur. Pater aūt virginis cum iram regis anglie formidaret: qd ageret anxiabatur: nec eīm volebat deū offendere filiā ſuam homini gentili tradendo: nec virginis ſacrum propoſitū impedire: eius pudicitiā quaz deo vouerat perturbādo. ¶ Virgo aūt domini diuina reuelatione pmonita patri ſuaſit: vt predicto regi aſſenſuz preberet: ea tamē conditione vt iuuenis baptizaret: ⁊ per trienniū in fide inſtrueretur: ⁊ ꝙ ſibi a patre iuuenis ⁊ a ſuo. x. virgines electe ⁊ ſpecioſe in ſocias darentur: ⁊ tam ſibi ꝙ̄ illis mille virgines ſubſcriberent: ⁊ naues vndecim minute ad opus earū fabricarētur: quatenus dicto triennio per mare ludendo diſcurrerent: ⁊ virginitatē ſuam domino dedicarent. Hoc aūt virgo popoſcit: vt interim coetaneas ſuas chriſto virgines cōſecraret: ⁊ ſpōſum ac patriam ad fidem adduceret. Quod parentes ⁊ iuuenis fieri conſenſerūt: ipſoq; cōtinuo baptizato naues fabricari preceperūt. Omnia igitur feſtinantius parantur: virgineſq; de diuerſis mūdi partibus congregantur: et omnes vrſule preſentantur. pater aūt eis honorabilez comitatum multoz epiſcoporū ⁊ baronum anglie et ſcotie tradidit: ⁊ neceſſariorum copiam miniſtrauit. Multi quoq; ad tam grande ſpectaculum de diuerſis vrbibus conuenerūt. Inter quos fuit panthulus baſilieñ. epiſcopus: q̄ eas vſq; romam perduxit: ⁊ inde reuerſus cuz eis martyriū ſuſcepit. Sancta quoq; geraſma regina ſicilie: que virum ſuū conuerterat ſoror macririj epiſcopi et darie matris ſancte vrſule cum quattuor filiabus ſuis: ſcz babila: iulia: victoria: et aurea: et paruulo ſuo adriano: cū hoc per litteras prīs vrſule cognouiſſet. Relictoq; regno in manu alterius filij: per mare in angliam nauigauit. Cuius conſilio et etiam induſtria tam naues ꝙ̄ omnes virgines regebantur: ⁊ ſic in nouam chriſti miliciam ab omnibus coniuratur iuxta condictum igitur triēnio per mare diſcurrunt: et omni ludorum genere ſe exercitantes: modo belli preludia inchoant: modo fugam ſimulant: modo aliud fingunt: quod animo occurrebat. ¶ Tandem poſtq̄ vrſula ad fidem et pudicitiam omnes chriſti virgines cōuertiſſet: ſub vnius diei ſpacio flante proſpero vento ad portum gallie: qui ceila dicitur applicantes: inde coloniam ſunt delate: vbi angelus domini vrſule apparuit: et predixit eas illuc integro numero reuerſuras: et coronas martyrij percepturas. Ad cuius admonitionem inde venerunt baſileam: vbi relictis nauibus pedeſtres venerunt romam. Quas papa Cyriacus gaudenter ſuſcepit: quia de terra earuz erat: et multas ibi cōſanguineas habebat: plurimaſq; ex ipſis nondum baptizatas ſacro fonte perfudit: qui diuinam reuelationem in ſomnis accepit: vt cum ipſis relicto pontificatu diſcederet: et coronam martyrij cum eis acciperet. Et cū anno vno et menſibus duobus ⁊ diebus viginti eccleſiam rexiſſet: inuitis cardinalibus et clero romano papatui reſignauit: ⁊ cū vincentio presbytero cardinale et multis alijs virginū ſe collegio ſociauit. Et quia inuitis omnibus pontificatū reliquit: nomen eius de catalogo pontificum clerus abraſit. ¶ Videntes autē duo iniqui principes romane militie: ſcilicet maximianus et aphricanus: ꝙ per ſacras virgines multi ad eas vndiq; ꝯcurrētes ad xp̄m conuertebantur: explorata earum via: miſerunt per litteras ad Iulianum cognatum ſuum ducem gentis hunorum: vt apud coloniam contra eas exercitum duceret: vbi virgines cum ſocijs trucidaret. Secuti ſunt autem eas vna cum ſummo pontifice predicto iacobus epiſcopus antiochenus: qui de britannia patria ſua veniens ſeptem annis ibidem ſedem tenuerat: et romanā curiam viſitare venerat. Macririus quoq; leuicanus epiſcopus auūculus babille et iuliane: ⁊ follarius epiſcopus lucenſis cū alijs